

pro deriuandis aquis à bucca, & super bonis, prout ab
ipsis DD. Repplicantibus expressum, & petitum fuit;
nec dicat pars aduersa, quod ius de quo agitur funda-
tum sit in solis rebus iudicatis, & sic inter alios actis,
quæ tertio præiudicare non possunt, ideoque careat ti-
tulo; responderet etenim nullam maiorem esse proba-
tionem tituli, quam ea quæ fondata remanet in rebus
non semel, sed sæpius iudicatis, & executis respectiue
etiam per Reg. DD. Conseruatores eiusdem fluminis
Olonæ, & illius Commissaries, vt constat ex superius
relatis documentis, ritum enim in iure est, quod senten-
tia facit de albo nigrum, & de non ente ens, eandemque
vim habeat publici, & iurati instrumenti, potissimum
quando res semel iudicata fuit pluries confirmata, vt in
casu, de quo agitur, in quo nulla requiritur tituli maior
probatio, cum euidentius dictionum DD. Repplicantium
fatis, & indubitanter fundatum remaneat in dictis sen-
tentijs, & documentis cum plena, & matura causæ cog-
nitione factis, tanto magis quia prædictæ sententiæ fa-
ctæ fuerunt etiam contra Regium Fiscum Oppugnato-
rem in causa citatum, vt habetur ex ipsis rebus iudica-
tis, & versamus in antiquis, & regula iuris edocet sen-
tentias datas à Iudice non præsumi sine probationibus,
iuris declarati in sententijs, quæ factæ censentur ex titulo
præambulo dominij fortius in hoc casu, in quo in nar-
ratiuis dictarum sententiarum constat producta fuisse
documenta opportuna, & iustificata declaratum in eis
ius, quæ quidem res iudicatæ, & executæ vt supra no-
cent etiã DD. Aduersantibus, tū quia respectu D. Jacobi
Cribelli primi, & principalis Vtensis in dicto flumine,
& alterius ex dictis DD. Aduersantibus cum ille succes-
serit q. DD. Alexandro, & fratribus de Cribellis, contra
quos dictæ sententiæ per DD. Repplicantes productæ
fuerunt sicuti factæ, & executæ, ideo nocent etiam d. D.
Jacobus ab illis causam habente notis iuribus, tum quia
in dictis sententijs concurrunt requisita à iure præscrip-
ta, vt nocere valeant etiam tertio, quorum primum est,
quod adfuerit contradictor, de quo quidem hic constat
cum in iudicijs, super quibus emanarunt dictæ sententiæ
existerent nedum dicti DD. Alexander, & fratres de
Cribellis acerrimè se se opposcentes, verum etiam Reg.
Fiscus vt supra dictum est, qui in iure strenuus contra-
dictor non cupat., concurrunt etiam secundum requisitū,
quod

quod scilicet causa fuerit defensa quemadmodum supra
exhibita documenta manifestè testantur, concurrunt etiã
tertium quod lata sit sententia declaratiuè; nam & in
illis fuit declaratum licere q. D. Palladino Cribello Au-
ctori DD. Repplicantium Cauum, de quo in dicta peti-
tione purgari facere, & quæq; impedimenta tollere
pro ducendis duabus partibus aquarum nunc à DD. Re-
plicantibus petitis ad irrigationem pratorum suorum
irrigari solitorum per buccam Luisottam; Concurrunt &
quartum requisitum, quod scilicet non detegatur col-
lusio, quæ omnino abest, siue quia non præsumitur, siue
quia aderat in causa Reg. Fiscus, siue quia adfuit lon-
gum certamen, & dicti DD. fratres Cribelli cum Regio
Fisco primæ sententiæ non acquieuerunt, & causa fuit
rursus discussa in iudicio reuisionis introducto coram
Senatu Excellentissimo, & commisso olim Amplissimo
Patri Jacobo Aliphero Regio Ducali Senatori, dictique
fluminis Conseruatori, qui res primo loco iudicatas
confirmavit; additur quod ex dictis rebus indicatis ap-
paret prædictã causam pertractatam fuisse ordinariè, &
principaliter, non autem incidenter, quodque in ea in-
terfuit Fiscus pro interesse Reg. Cam., contra quam
propterea sicut res iudicatæ statum faciunt, eique præ-
iudicant, multò magis DD. Aduersantibus, quibus pa-
riter suffragari minimè valet alia exceptio, quod non
constet de executione dictarum rerum iudicatarum
quandoquidem respondetur necessariam non esse in
iudicio, de quo agitur probationem præsentis ex ad-
uerso executionis, quæ cum vt supra dictum est versemur
in antiquis præsumitur ultra quam quod executio
dictarum rerum iudicatarum probatur ex relatione q.
D. Oratij Cani diei 31. Ianuarij anni 1618. in actis dimissa
sub littera E., & ex deputatione facta D. Ingenierij Ca-
meralis dicti fluminis Petri Antonij Barchæ pro restau-
ratione, & refectione partitoris, seu modi diuisorij, &
buccæ, de qua in dictis rebus indicatis, vt ex ordine L.
C. C. & Reg. Duc. Senatoris, dictique fluminis Conser-
uatoris D. Valerij Confalonerij diei 17. mensis Iulij anni
1619. in vesperis in actis pariter dimissa sub littera F.,
quibus additur, quod etiam de præsentis adest idem ca-
uus, per quem nunc defluunt nonnulla colatitia ad
vsum DD. Repplicantium, vt ex facto notorio dignosci
poteat; insuper respondetur, quod vbi etiam per modũ
falsi

31/1/1618

17/7/1619

falsi suppositi nunquam tamen admissi non constaret de asserta executione, hoc præiudicare non posset DD. Repplicantibus in fideicommissio de præsentis tantum successisse factum antecessoris in fideicommissio vocati nocere nequeat post eum substitutis, quibus minus præiudicare valet oppositus ex aduerso. lapsus temporis, quod ex iuris dispositione contra non valentem agere non currit, eoque magis quia præsens iudicium per DD. Repplicantes intentatum non est pro executione tantum, sed etiam quatenus opus sit, & non aliter pro declaratione dicti iuris sibi competentis, prout petitum ab ipsis fuit vigore dictarum rerum iudicarum favore eorum Auctoris, & aliorum documentorum in actis dimissorum. Ex quibus idem, & alijs latius etiam si opus fuerit deducendis &c. dicti DD. Repplicantes concludunt, & petunt per præfatum Illustrissimum D. Senatorem Conservatorem ordinari, & declarari iuxta per ipsos DD. Repplicantes in actis petita non obstantibus ex aduerso deductis, & semper cum condemnatione DD. Aduersantium in omnibus expensis, damnis, & salario, ac seu onorario, de quibus &c. secus &c. salvo &c.

26/5/1713
Duplicationes DD. Capitanei Rodulphi Craffi, Alexandri, & fratrum de Befutiis, Comitis Io: Antonij Meltij, & Iacobi Cribelli post assertas repplicationes, vt dicitur factas per DD. Prosperum, & fratres de Cribellis sub asserta die vigesima sexta mensis Maij anni 1713. vesperè Coram Illustrissimo I.C. Coll. Nouariæ D. Don Oratio Bazzetta Regio Ducali Senatore Mediolani, & Conservatore Fluminis Olonæ.

Præmissis præsentibus præfatis DD. Dupplicantibus acceptantibus dictas assertas aduersarias repplicationes in solis parte, & partibus fauorabilibus, si quæ etiam in vim &c., præiudicialibus verò omninò impugnatibus, dupplicando dicentibus, adhuc in suo robore remanere per eos deducta in repplicationibus, nec ad infringendam præcisitatem excitandi omnes Vtentes Rugiæ, de qua in actis releuat asserere DD. Dupplicantes esse ex primis, & ideo ex principalioribus Vtentibus, de quibus quattuor tantum fuere excitati, in quantum hoc idem ordinauerit præfatus Illustrissimus D. Senator Conservator, enim imò verò non constat Relatos DD. Dupplicantes esse primos Vtentes, & quatenus hoc iusti-

iustificaretur, quod tamen &c., non Ideo afferit ex prin-
cipalioribus, quia tales dicuntur, qui habent vsum aqua-
rum in maiori quantitate, & quidquid sit de asserto de-
creto, de quo supra, illud aptum non est ad infrangen-
dam propositam exceptionem, quod scilicet omnes
respectiui Vtentes excitandi sint, cum illud emanauerit
ad preces aduersarias, non auditis interessentibus,
& cum agatur de decreto preparatorio vbi requiratur
excitatoria vniuersalis, decretum ipsum aptum non est
ad derogandum potissimum cum Vtentes omnes ha-
beant respectiuum ius, & interesse, ideoque vnusquis-
que debeat excitari, cum agatur de causa respiciente
singulos vtentes, vti singulos respectiue refferendo,
minus constat dictos DD. Comitum Meltium, & Capi-
taneum Crassum fungi munere Syndicarum dicti Flumi-
nis, eisque inauditis, nihil deliberari super emergen-
tibus eiusdem Fluminis, sed veritas est, hoc esse som-
nium vigilantium, & quatenus etiam in falso supposito
vera essent exposita, eorum votum etiam in sensu ad-
uersario nunquam esset decisiuum cum nulla eis inhe-
reat facultas disponendi, nec deliberandi, ideoque age-
retur de personis non legitimis ad sistendum in iudicio,
in quo quasi contrahitur, sed perneceesse excitandi ve-
niant omnes contententes, quos representare nequeunt
dicti quattuor; Vbi vero iudicium, seruatis seruandis
fuerit promotum quisque suas prestabit incumbencias,
quas quandoque a minimo vtente efficaciores expe-
riencia demonstrauit, an ideo valet illatio aduersaria,
quod respectiua pluralitas nequeat maiora deducere
iura, quam valeant releuare quatuor tantum ex princi-
palioribus Vtentibus, qui ideo non possunt represen-
tare totum corpus, quippe quod inter eos nulla inest
Societas, sed vnusquisque agit iure, & interesse res-
pectiuo, nec vnus alteri valeat praeiudicare.
Superfluus igitur efficitur discursus in meritis huius thesis
vsque dum omnes interesse habentes, seruatis seruandis
non fuerint excitati, quamuis iure merito ex abun-
dantia cordis pro nunc per DD. Dupplicantes fuerit
oppositum, non constare de extremis propositae actio-
nis, vbi nec de legitimatione personarum Agentium,
nec de titulo, nec de re iudicata in concursu contentium
constat, & quidquid sit de assertis ordinationibus, quae
tamen non sunt in forma probante, illae nec fuerunt
exe-

executioni demãdate, nec vllum fortite sunt effectum, quin immò per lapsum vnius sæculi, non docto de vllò exercitio eorundem, nullum possunt parere effectum, sed omni iure suadente quodlibet ius, si quod extitisset, peremptum, & præscriptum fuit, nec idèò vllum potest inferri impedimentum, continuato, & libero vsui DD. Vtentiũ supra hominum memoriam, & quidquid sit, quod sententia æquiualeat instrumento, tamen nunquam verum erit instrumentum minus sententiam aptam esse ad præiudicandum tertio, qui nec contraxit, nec quasi contraxit, sed pro non ente reputantur.

Licet vero tempore dictarum rerum iudicatarum fuerit, vt asseritur excitatus Regius Fiscus, non idèò potest inferri actum fuisse cum legitimo contradictore, nam Fiscus sustinet iura Regiæ Cameræ tantum, non idèò applicatur interesse Tertij, prout sunt omnes Contentes Ruge, quorum interesse non legitur per ordinationem eis incitatis subreptam, non executam, derelictam, & ex omni latere nullam, ideoque non habilem ad præiudicandum Tertio; Quamuis autem sequuta fuerit vltra sæculum deputatio Ingenierij Cameralis, pro asserata executione, ex hoc inferri nequit executio formalis, cum ageretur merè de actu præparatiuo, per quod non nisi desumi potest vehemens præsumptio exclusiua intentionis Agentis, dum non constat de vlla executione, ita quod credendum sit in tantum hoc non fuisse adimpletum in quantum in iudica superuenerint impedimenta, & credendum non est, vbi aliter res se haberet, voluisse asseratos DD. Aduersantium Auctores iudicium sustinere cum tanto, vt asserunt dispendio, mox non curare executionem, cetera autem quæ fuerunt ab aduerso cumulata, vel iustificata non sunt, vel non applicantur casui nostro, & quamplura fuisse deduci poterunt, quatenus seruatis seruandis, & citatis omnibus interesse habentibus in Rugia, de qua in actis, iudicium fuerit promotum.

Ideirco pro nunc DD. Duplicantes persistunt in per eos deductis, atque petitis, semper cum victoria expensarum, de quibus &c. secus &c. salvo &c.

Subscript. J. C. de Christophoris.

Prædictaque fiunt ad omnem bonum finem, & iuris effectum &c., & ne &c., sed &c., & etiam ad effectum vt si prædicti, & infra scripti nominandi aliquid habent opponend.

ponend. petitioni sic vt supra facta per dictos DD. Instantes illud opponant, & deducere habeant eisdem DD. Instantibus citatis intendentibus, vt per præfatum Illustrissimum D. Senatore ad vltiora procedatur pro omnimoda prædictæ causæ expeditione. Ulterius compareant tam præfati superius nominati, quam infra nominandi coram vt supra die quæ erit dies mensis manè ad videndum per dictos DD. Instantes in actis di mitti penes infra scriptum D. Cancellarium eiusdem fluminis prædictam ordinationem sic vt supra factam, in authenticam formam &c. per debitum &c. ad effectum &c., & deindè &c.

Quorum denuntiandorum nomina, & cognomina sunt hæc, videlicet.

Sig. Giacomo Criuelli
Sig. Marchese Lucino
RR. Monache di S. Maria Valle
RR. PP. Oliuettani di Neruiano
Sig. Capitano Rodolfo Grassio
Sig. Giacomo Casati
Signori Alessandro, e fratelli Besozzi
Sig. Conte Francesco Cigogna
Sig. Conte D. Giulio Visconti
Sig. Conte Giacomo Simonetta
Sig. Conte Giuseppe Simonetta
Il Reu. Capitolo di S. Babila
Signori Fratelli Pusterla figlij del fù Sig. Zanotto
Sig. Don Francesco Barbuio
Sig. Conte Antonio Visconti
La Comunità di Rhò per il Riale
Sig. Preosto di Rhò
Signora Contessa Donna Barbara Parnigarola Gorana come Tutrice, e Curatrice de Signori suoi figlij
Sig. Conte Nicolò Maria Visconti
RR. PP. Certosini di Garegnano
Sig. Marchese Tiberio Criuelli
Signora Marchesa Donna Agnesa Campeggia Sforza Palaucina
RR. Monache del Monastero Maggiore
Sig. Marchese Gio: Battista Piantanida
Sig. Conte Gio: Antonio Melzi, e
RR. Monache del Monastero Bocchetto.

Insuper

Imper præfatus Illustrissimus D. Senator Conservator
statuit, & assignavit, ac statuit, & assignat præfatis DD.
Capitaneo Rodolpho Crasso, Alexandre, & fratribus
de Besutis, Co: Antonio Meltio, & Iacobo Cribello
tanquam quattuor ex principalioribus interesse haben-
tibus vt supra absentibus tanquam præsentibus termi-
num dierum *decem* prox. fut. post &c. ad in-
meritis respondend. si deducta in dictis acitatis respon-
dere, & deducere intendunt prædictæ petitioni, iuriam
que productioni, & dimissioni, & quæq; vltiora, co-
rum incumbencia faciend. si quæ &c. aliter eo elapso, &
prædictis non adimpletis omninò deuenietur per præfa-
tum Illustrissimum D. Senatorem Conservatorem ad
expeditionem memoratæ causæ, absque vltiori dila-
tione &c. fecus &c. salvo, & saluis &c.

Carillonius

Antonius Crasso

omnino &c. si in his diebus non fuerit
omnino &c. si in his diebus non fuerit
omnino &c. si in his diebus non fuerit
omnino &c. si in his diebus non fuerit
omnino &c. si in his diebus non fuerit
omnino &c. si in his diebus non fuerit
omnino &c. si in his diebus non fuerit
omnino &c. si in his diebus non fuerit
omnino &c. si in his diebus non fuerit
omnino &c. si in his diebus non fuerit

Nerviano A. 18. C. 10.